

*ob periculum a principe superatum, causam tamen silentio praetermissam esse ob pudorem putat Henzen (act. Arv. p. 78). — 23) Hae supplicationes decretae ob eandem causam, cf. Tac. ann. 42, 12. — 24) Sacrificium annum deae Diae, accuratius enarratum in actis posterioris aetatis, accuratissime in actis anni 218 (cf. infra inter inscriptiones sacras). — 25) Ludi coniuncti cum sacrificio deae Diae. — 26) Spectant haec ad redditum Neronis ex Campania post caedem Agrippinae cf. Tac. ann. 14, 15. Quod bis immolaverunt Arvales pro redditu Neronis, d. 24 Iun. et d. 11 Sept., alterum sacrificium fortasse fuit pro redditu faciendo, alterum pro facto (Henzen l. c.). Et scribit Tacitus l. c., cunctatum esse Neronem antequam urbem ingrederetur.*

---

**231** [Nero Claudio]<sup>1</sup> | divi Claudi f., | Germ. Caesaris n., | Ti. Caesaris Aug. | pron., divi Aug. abn., | Caesar Aug. Germ. | pontif. max., trib. pot. | VIII<sup>2</sup>, imp. VIII<sup>3</sup>, cos. IIII, | p. p., | tabernas et praetoria | per vias militares fieri iussit per | Ti. [I]ulium [I]ustum proc. | provinciae Thrac.<sup>4</sup>

*In vico quodam Bulgariae (III 6123 semel descripta). — 1) Deest Neronis nomen, fortasse consulto deletum. — 2) 15 Oct. 61/62 (d. 10 Dec. 60/61? cf. N. 225 not. 43). — 3) In eadem tribunicia potestate octava Nero etiam nonum imperator appellatus est, teste titulo Hispano II 4888, in quo numero permanxit usque ad tribuniciam potestatem undecimam (N. 232). — 4) Provincia Thracia tunc a procuratoribus recta, cf. Tac. hist. 4, 44.*

---

**232** Nero Claudio | Caesar Aug. Germanicus | imp., pont. max., trib. pot. XI<sup>1</sup>, | cos. IIII, imp. VIII, pat. p., | Cn. Domitio Corbulone | leg. Aug. pro. pr.<sup>2</sup>, | T. Aurelio Fulvo leg. Aug.<sup>3</sup>, | leg. III Gal.<sup>4</sup>

*In Armenia rep. loco dicto Kassérik ubi videtur fuisse castellum Ziata memeratum ab Ammiano Marc. 49, 6, 4 (III S. 6744) (una rep. est plane similis inscriptio III 6742, ibi prope fragmentum tertiae III 6745). — 1) 15 Oct. 64/65 (10 Dec. 63/64?). — 2) A. 65 Corbulo, antea legatus Syriae, tunc legatus ut videtur Galatiae et Cappadociae sed aucta potestate (Tac. ann. 15, 25), Armeniam a Caesennio Paeto derelictam rursus occupaverat (c. 26 seq.). — 3) Aurelius Fulvus, avus Antonini Pii (vit. Pii 1), legatus legionis tertiae Gallica, anno 65 a Corbulone e Syria in Armeniam accitae (Tac. ann. 15, 26), fuit etiam a. 69 (Tac. hist. 1, 79). — 4) Videtur intellegendum, casu sexto: legione tertia Gallica (Mo.); quamquam potest cogituri etiam de casu primo, item de casu secundo (ut pendeat vocabulum a nomine legati).*

---

**233** imp.<sup>1</sup> Neroni Claudio divi Claudi f., Germ. | Caesaris n., Ti. Caesaris Aug. pron., divi Aug. abn., | Caesari Aug. Germ., p. m., tr. pot. XIII<sup>2</sup>, imp. XI<sup>3</sup>, cos. IIII, | L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus flam. Romae et Aug., IIvir | IIII, p. c.<sup>4</sup>, sevir eq. R., curio, praef. fabr. cos.<sup>5</sup> tr. mil. leg. XXII Primig., praef. pro legato | insular. Baliarum<sup>6</sup>, tr. mil. I[e]g.<sup>7</sup> VI Victricis, ex voto suscepto pro salute imp. | Neronis, quod Baliaribus voverat anno A. Licinio Nerva cos.<sup>8</sup>, Ilviris L. Saufe[i]o<sup>9</sup> | Vegeto et Q. Aburio Nepote, ub[i]<sup>10</sup> velle[t] poneret, voto compos posit Iovi Iuno[ni] | Minervae Felicitati Romae divo Augusto.

divae Poppaeae Augustae<sup>11</sup> | imp. Neronis Caesaris August. | L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus | (sequuntur eadem quae supra).